6. Pactum eines Secretus der Provinz Sizilien vom 8. Januar 1278; RA. n. 31 (Carolus I 1278 D) fol. 130a – 131b.

[Entsprechendes Pactum für Sizilien vom 4. November 1276: RA. n. 16 (Carolus I 1272 E) fol. 84a – 89a; für Calabrien vom 6. Oktober 1273: RA. n. 18 (Carolus I 1273 A) fol. 258b – 259b und RA. n. 21 (Carolus I 1274 B) fol. 27a – 28a; für Terra di Lavoro vom 16. September 1275: RA. n. 23 (Carolus I 1275 B) fol. 12ab; unter demselben Datum für Apulien: ebd. fol. 12b – 13a; für Calabrien fol. 13ab und für Sizilien fol. 17b – 18a.

~~RA. [illegible]~~

148

Am Rande: Pactum secrecie Sicilie.

Karolus etc.

Tenore presentium notum facimus universis, quod pridem conces-
simus et vendidimus in cabellam iudici Peregrino Maraldo de
Messana, Johanni Castaldo et Johanni Pironto de Ravello fide-
libus nostris pro toto presenti anno VI. indictionis secretiam
Sicilie cum iuribus et proventibus ad secretiam ipsam spectanti-
bus, cum quibus concessa fuit anno proximo preterito V. indictio-
nis Johannitio de Pando, Angelo de Vito et quondam Bartho-
lomeo Pironto de Ravello per Karolum primogenitum no-
strum karissimum principem Salerni tunc in regno Sicilie
citra Farum locum nostrum tenentem pro unciis auri decem
et octo milibus octingentis quinquaginta septem, tarenis IIII,
granis XIII ponderis generalis, salmarum frumenti duobus
milibus trecentis quatuor, thumminis ~~duobus~~ II ½, ~~et~~ ordei salmis
octingentis nonaginta et thumminis ~~duobus~~ II et vini salmis
quingentis et octo ad salmam generalem, computatis et in-
clusis in predicta summa pecunie unciis auri mille,
in quibus secretiam ipsam pro predicto presenti anno VI.
indictionis ultra quantitatem, pro qua concessa fuit prope-
dicto anno preterito V. indictionis predictis Johannitio, Angelo
et Bartholomeo, predicti iudex Peregrinus, Johannes Castaldus
et Johannes Pirontus in nostra curia augmentarunt, cum
illis videlicet iuribus et proventibus, cum quibus secretia
ipsa pro eodem preterito anno V. indictionis concessa fuit
Johannitio, Angelo et Bartholomeo predictis, exceptis